



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Cap. CXXIX. De Fratre Conrado Magistro Pruschiae IX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

*Hanno de Sangerhausen VII. Mag. Gener. Ord. Teut.  
Conradus à Tierberg IX. Mag. Prov. in Prussia*

Sed fratres Theodoricus & Guntherus Germani de Regenstein  
assumptis sibi fratribus & armigeris dictum propugnaculum  
occisis & captis omnibus destruxerunt. Hoc facto dictus Prin-  
ceps sequens saera Patris sui vestigia tanquam leo intrepidus,  
qui ad nullius pavet occursum, cum exercitu suo processit in-  
trans terram Nattangiæ, usque ad forum, quod dicitur Cier-  
kin, ubi mansit tribus diebus & noctibus singulis diebus perlu-  
strans Nattangiam incendio & rapinâ. Tantamque fecit in  
eis stragem, quod sequenti anno se fidei & fratribus iterum sub-  
diderunt. His itaque sic gestis, idem Dominus Marchio rediit  
ad partes suas, non tamen sine suorum discrimine; quia de po-  
pulo suo in prima impugnatione propugnaculi CL. & in vasta-  
tione terræ Nattangiæ L. Viri à Pruthenis ceciderunt interfe-  
cti. Hic Deo devotus Princeps præter multa alia beneficia, quæ  
pro statu terræ Pruschiæ fratribus impendebat, XXIV. viros no-  
biles & in armis de familia sua vestiri fecit in Ordine Domus  
Teutonicæ, & providens eis abundantiter in omnibus, quæ ad  
Religionem & militiam fuerant necessaria reliquit in terra  
Pruschiæ.

## ANIMADVERSIO.

(a) Part. III. cap. XIII.

## C A P. CXXIX.

*De.*

*Fratre Conrado Magistro Pru-  
schiae IX.*

Fater Conradus de Tierburg Senior Magister terræ Pru-  
schiae IX. præfuit VII. annis. Anno Domini (\*) MCCLXIV.

Hic



Hanno de Sangerhausen VII. Mag. Gener. Ord. Teut.  
Conradus à Tierberg IX. Mag. Prov. in Pruss.

Hic à Magistro Generali vocatus ad Capitulum mortuus est in via.

(\*) Jeroschinus, Interpres Dusburgii, habet MCCLXXVII. Facit cum Jeroschino & auctor Chron. Antiq. Germ. MSS. in forma quarta, in Biblioth. Elector. Region. ut & Schuzius aliique ut dubium non sit, quin hic in Dusburgio sphalma librarii occurrat.

## CAPUT CXXX.

*De*

### Morte Henrici Monte Capitanei

*Nattangiorum.*

Post hujus Principis recessum Nattangi incœperunt trepidas re timore, ubi aliquando non erat terror. Nusquam fuit locus adeò occultus, ubi non timerent sibi periculum imminere. Undè accidit, quod Henricus (a) Montē Capitaneus ipsorum, cum quibusdam suis complicibus secessit in desertum & dum solus sederet in tentorio suo sociis suis in Venationem cœuntibus, supervenerunt ex inopinato rerum eventu fratres Henricus de Sconnenberg Commendator de Christburg, & frater Helvicus de Goldbach, cum quibusdam armigeris, & viso Henrico gavisi sunt valde, & rapientes eum ad arborem suspenderunt & suspensum gladio transfixerunt.

#### ANIMADVERSIO.

(a) Henricus nomen undè habet vid. supra ad Cap. 84. Vocari se deinde Hercum voluit

## CAP. CXXXI.

*De*

### Morte Glapponis Capitanei VVarmiensium &

*Subjectione VVarmiensium & Nattangorum.*

Ff 2

GLAP-